3600 fragmentum marmoreum litteris cm. 2. Tibure rep. *nel fondamento di una casa fabbricata sulle rovine del tempio di Ercole* [i. e. prope ecclesiam cathedralem], mox dono datum Violae VIOL. (*dec.*). Extat in aedibus ubi habitabat Viola.

legato
prou. africae dioceese OS · CAR *thaginiensis*
*proconsulis pat*RIS · SVI · T*rib. mil. leg. i*
adiut p. f. it EM · LEG · $\overline{XI}$ · C*l. p. f. item*
*leg. xiiii gemi*N · MARTIA*e uictricis*
*iii viro mon*ETALI · A · A *a. f. f*
cura TO*ri fani h. u*

Descripsi. St. Viola *decennio* p. 281, *giornale arcad.* 118 (1850) p. 266.

Supplevit Viola. Videtur superesse ex altero exemplo eius tituli qui praecedit.

3601 basis marmorea. *Era in casa del già doctor Sicinio Sebastiani*, scilicet Tibure MARZI; item ut Tiburtinam memorat NICODEMVS p. 84. Sed ante Marzium certe Romam delata sit necesse est, cum ibi in hortis Mediceis collis Pincii viderint iam CITTADIN. et WINGHE; ibi viderunt posteriores atque etiam ultimus MARINI. — Locum non adscripsit SIRMOND. — Nunc frons desecta extat Florentiae in museo.

P · MVMMIO · P · F · GAL · SI
SENNAE · RVTILIANO
COS · AVGVRI · PROCOS
PROVINC · ASIAE · LEGATO · AVG
PR · PR · MOESIAE · SVPERIORIS
PRAEF · ALIMENT · PER · AEMILIAM
PRAEF · AER · SATVRNI · LEG · LEG · $\overline{VI}$
VICTRIC · PRAETORI · TR · PL · QVAEST
TRIB · LEG · $\overline{V}$ · MACED · X · VIRO · STLI
TIB · IVDIC · PATRONO · MVNICI
PII · CVR · FANI · $\overline{H}$ · $\overline{V}$ · SALIO · HER
CVLANII · AVGVSTALES
L · D · S · C

in latere intuenti sinistro:

DEDICATA · KAL · IVN · MAXIMO 1. Iun. 172
ET · ORFITO COS

in latere intuenti dextro:

CVRANTIB · P · RAGONIO · SATVR Q
NINO · ET · C · MARCIO · MARCIANO
ORDINIS · AVGVSTALIVM · TIBVRTIVM

Descripsit Henzen inscriptionem frontis. Memorat, non exhibet, Nicodemus p. 84; fortasse ab hoc, certe non de visu Marzi II p. 51 (inde Kircher Lat. p. 192; Vulpi Lat. 10 p. 142). Romae descriptam exhibent Cittadinius Marc. p. 147 et apud Manutium Vat. 5253 f. 232; Winghe Brux. 2 f. 1′; Ciacconius Raffaelli f. 138′; Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1418, 124 (e Sirmondi schedis Grut. 1097, 7; ex hoc Orelli 3933); Doni 4, 16; Ptolemaeus sched. Sen. 1, 461; Seguier Paris. f. 60; Lupi Vat. 9143 f. 49′; Marini in sylloge inscr. doliar. ad n. 465, solas inscriptiones laterum inscr. Alban. p. 149 not. 5; Borghesi apud Henzenum ann. inst. arch. 1844 p. 46, opp. 7 p. 535. Ex his plerique non exhibent nisi titulum frontis; inscriptiones laterum de visu exhibent soli Cittadinius cum Winghio et Ciacconio, Seguier, Marini. Henzen syll. n. 6499.

Inscriptiones laterum nunc deperditas (praeter paucas litteras in latere dextro relictas et a me enotatas, nempe v. 1 C et v. 3 OR) dedi ex Marinio et Seguierio, nisi quod in inscriptione lateris dextri v. 1 P litteram a Seg. et Mar. omissam adscivi ex Citt. Wingh. Ciacc. (Marinius v. 1 habet CVRANTIBVS pro CVRANTIB, Seguier v. 3 DEDINIS pro ORDINIS; v. 2 Borghesius MANLIO pro MARCIO mero errore).

Sisenna hic Rutilianus, filius fortasse P. Mummii Sisennae consulis ordinarii anni 133, non videtur diversus esse a Rutiliano viro primario et apud Marcum imperatorem gratioso quem Lucianus pseudomanti c. 30 seq. narrat pravis artibus Alexandri Abonutichitae captum et obstrictum. Interfuisse eum bello Marcomannico colligi potest ex iis quae narrat Lucianus c. 48; videtur autem ei interfuisse ut legatus Moesiae. Cf. Waddington fast. prov. Asiae n. 153. — Pater potius quam filius memoratur in titulo Veliterno Corp. X n. 6587. — Ordinem Augustalium Tiburtium, cuius quaestores nominantur in inscriptione lateris, non diversos esse apparet ab eis qui in inscriptione frontis appellantur Herculanii Augustales.

3602 Tibure in domo Dominici Marescotti ACCVRS. Marmorea tabella quae in Marescottorum aedibus est NIC. — S. l. MAN.

MEMORIAE
TORQVATI · NOVELLI · P · F
ATTICI · $\overline{X}$ · VIRI · STLIT · IVD
tr. MIL · LEG · $\overline{I}$ · TRIB · VEXILLAR
*leg. q*VATTVOR · $\overline{I}$ · $\overline{V}$ · $\overline{XX}$ · $\overline{XXI}$ · Q · AED
praet. AD . HAST · CVR · LOC · PVBLIC
*leg. a*D CENS · ACCIP · ET · DILECT · ET
*proco*S · PROVINCIAE · NARBON
*in cui*VS · HONORIS · FINE
annum · AGENS · XXXXIIII
*for*O · IVLII · DECESSIT

Accursius ms. f. 1′ qui vidit (inde Mur. 750, 9); ex Accursianis pendet puto Manutius orth. 663, 2 (inde verba repetivit Nicodemus lib. 4 c. 3 p. 84, licet hic aut ipse viderit lapidem aut aliunde quoque habuerit, ut apparet ex loci indicatione). Solo exemplo Muratoriano usus restitutionem temptavit Borghesi ann. inst. arch. 1846 p. 317 (inde Henzen n. 6453), opp. 5 p. 8.

2 NOVELLINI·P·F Man., NOVELLILI·P·F Acc., NOVELLI·P·F Mur. — 4 in. lacuna non notatur. — 7 in. ꟼ Acc., ..D Man. — 10 ANNVM ut in lapide extantem dat Man., in lacuna omittit Acc. — 11 in. O om. Manut. — *in for*O IVLII proposuit Renier ad Borghesii opp. l. c.; *die prim*O·IVLII voluerat Borghesi. — 3. 9. 11 litteras extantes dedi ex Accursio.

Borghesi rettulit ad Novellium Torquatum sub Tiberio principe vel paulo post Tiberium, teste Plinio hist. nat. 14, 22, 144, praetura et deinde proconsulatu functum.

3603 Tibure nuper rep. *in una grotta di un tal Francesco Genga* [id repetit St. Viola *bull. dell' Inst.* 1852 p. 53 enumerans hanc inscriptionem inter eas quae variis temporibus prodierunt prope ecclesias S. Andreae et S. Vincentii], *ove si trova tuttora immurata* SEB. Locus non indicatur apud AMAT.

/ · PACCEIO · L · F
Q · PRO · PR
OSTIENSES
NAVICVLARIEI

Sebastiani p. 475 (inde St. Viola *bull. dell' Inst.* 1852 p. 53); manus ignota et imperita inter Amatii schedas Vaticanas.

1 ACCELO·L·F, 4 NAVICVLARLE·L Amat.

Aetatis ut puto circiter Augusti.

3604 epistylium ut videtur marmoreum litteris magnis et pulchris HENZ. 'Tibure rep. anno 1728 dum reaedificabatur templum beatae Mariae de Monte Carmelo' FICOR., rep. mense Dec. 1728 GHEZZI, rep. in limine templi D. Petri Carmelitarum LVP., similiter VVLP. Mox adlatum est Romam ad Alexandrum Albani cardinalem; deinde cum reliquis eiusdem inscriptionibus venit in museum Capitolinum, ubi extat.

CN · PINARIO . CN · F
SEVERO · CONSVLI · AVGVRI · REGI · S*acrorum praet. quaest. cand*
IMP · CAESARIS · NERVAE TRAIANI · AVG · SALIO · COL*lino*
CORNELIA · MANLI

Descripsit Henzen. Ficoroni cod. Marucell. A 6 f. 479 (inde repetivit Gori cod. Maruc. A 77); Ghezzi ms. Angel. p. 23; Lupi Severae epitaph. p. 23; Murat. 358, 2 a Ficoronio, 329, 1 ab Ignatio Maria Como; Vulpi Lat. 10 p. 209, apud Calogeram *racc.* 19 p. 181 n. 98; Guasco mus. Capit. n. 1326.

Hic Pinarius patricius fuit utpote rex sacrorum et salius collinus; fieri potest ut oriundus sit ex stirpe Pinariorum liberae rei publicae (cf. Mommsen *Röm. Forsch.* 1 p. 116). Regibus sacrorum aetate imperatoria licuisse publicis honoribus fungi etiam ex inscriptione huius Corp. vol. IX n. 2847 apparet.